

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
DE
S U C C I N O,

Quam

AUSPICE DEO PROPITIO,
Et Consensu atque Auctoritate Gratiæ Facultatis Medicæ,
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P RÆSIDE

DN. D. MICHAELE ALBERTI,

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFES.

SORE PUBLICO ORDINARIO, etc.

FACULTATIS MEDICÆ SENIORE,

DECANO H. T. S P E C T A T I S S I M O ,

Domino Patrono, Præceptore, ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE-
GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME MORE MAJORUM
IMPETRANDIS,

ANNO MDCCCL. D. NOVEMBER.

HORIS LOCOQUE CONVENTIS

PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICET

AUCTOR RESPONDENS

JOANNES BAUMER,

ABTSCHWINDA - FRANCUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

DISSERTATIO IN VINDICATIONE MELICA

SUGELINO

DE MIGANEBRATHI

ERIKI DOCOBRI

AMULIA STYKAOI



§. I.

Succinum est bitumen, cuius lib. destillatione
sine additamento e retorta vitrea facta, ad
vnc. j. sem. phlegmatis, olei vero tenuis &
crassioris bene separati ad vnc. XII. Salis
probe purificati ad vnc. j. remanente terrae
nigrae vnc. j. largitur. Proprio obtin-
torum, quia succinum graduali principio-
rum mixtione differt, infinite tantum non variat. Va-
riatio vero observatione cum propria tum autorum fide
dignorum a pondere indicato adeo insigniter non rece-
dit, quo minus differentia a reliquis bituminibus stabili-
ta maneat. Derivatur a succo, quia olim pro succo ve-
getabili condensato habitum fuit.

SCHOL. Per signum chemicum ita exprimitur: B +. Se-
cundum artem characteristicae combinatoriam, (quae si
excoleretur, quid emolumenti chemiae afferret, facile est
intellectu) hoc pingi posset modo. B + O V

§. II.

Varia habemus tum visitiora tum minus frequentia
synonyma. Ad illa pertinent Electrum, ἐλεκτρον i. e. vi
ad trahendi praeditum, quia res leviores praemissa fri-
ctione ad se rapit, vel, PLINIO teste, a sole, quem Grae-
ci electrum vocarunt; & Karabe vel Carabe dialecto Per-

A 2 sica

fica, Arabica vero Kahraba, quod idem, ac paleas trahens, designare perhibent; nec non Ambra Flava sive Citrina, ob odorem, quem spargit a frictione Ambrae animalium. Ad haec spectant, chrysolestrum a χρυσῷ aurum & Ἡλεκτρῷ (quae quidem denominatio succinum aureum, alias Falernum sive vitreum dictum specialius indigitare videtur) Lyncurium seu Lyngurium, quasi lyncis esset vrina; Glessum vel a loco natali, insula sc. Glessaria, vel ab affinitate pellucida, quam flavum cum flavis vitris den Gläfern (inde Glessum) habet; Sualternicum vel ex lectione HARDVINI Subalternicum, Sualternium vel Smalternum a voce Lithuanica Swalternich; Gentarum a simili vocabulo Gentar Curonibus Sintre i. e. succinum; Resina terrae, ob resinosum quod foget, principium; Scytharum nomine Sacrium, PLINIO referente, vocabatur; Coptorum Σαχολ; Aluptan; Arsopodon; Syris Keraph audiebat. Germanis Agtstein, quasi Augstein, quia oculis confert, sive Bernstein nuncupatur, et si quibusdam Börnstein dicere placeat, quasi Bornstein, quia ex mari wie aus einem Borne succinum extrahereur; vel Brennstein, a colore piro maturo flavo simili; Brennstein, quia inflammabile. Minus usitate Firnifstein i. e. Firnifstein, quia vernices inde consciunt, alii id nominant; sed sub hoc nomine frustula determinatae magnitudinis intelligenda. conf. §. VI. Vocabulum electrum olim significabat etiam metalli cuiusdam speciem, uti ex L. 5. Pausaniae patet: Τὸ δὲ ἄλλο Ἡλεκτρόν, ἀναμεμηρυμένον εἰς σιγύω χρυσός. PLINIUS in hist. nat. L. XXXIII. C. IV. circa finem aurum, cui quinta argenti pars iuncta est, electrum vocat. Vitrum praeterea antimonii ob colore a quibusdam succinum antimoniū nuncupatur.

SCHOL.

SCHOL. Electrum dat vocabulum electricitas, quam corpora electrica habent, de qua videatur physica. Hic tantum monemus, succinum ad corpora primitive seu per se electrica pertinere.

§. III.

Prussiae, & praepotissim eius parti Semlandiae, benigna natura hoc beneficium concessit, ut terrarum succiniferi, nativi seu mineralis fertilium esset prima. De veteriori Electrici diversis in huius regni locis proventu conferatur, si iuvat, HARTMANNI Succini Prussici historia L.I.C. II. Interim tamen nec aliis denegatum est regionibus. Hinc & CONRINGIUS de Antiquiss. stat. Helmae: in addendis: Nec enim, inquit: temere Cluverio assidentendum, ab omni aevo non, nisi in Prussia succinum colligi solere. Nam & hodie id, et si rarius in Oceani Ostfrisici, ut & in littoribus eius insularum reperitur. Terras, quae mare Balticum claudunt omnes succino non carere Autores fide digni referunt. conf. NEUMANNI p. 1730. quod etiam de Italia, Sicilia &c. valet. De Succino Mexicano conf. Erasmi FRANCISCI P. II. des Ost- und West- Indianischen Lust-Gartens p. 1177. Ex Africanis historiis MATHESIUS in Sarepta enarrat, succinum album in Nilo flumine inveniri. Provinciam Chinae Yuman vix aliam, quam electrum mercem subministrare testatur ALVARUS Part. I. Relat. Chin. c. 2. Petrus MARTYR dec. I. L. 4. rer. Ocean. fodinam Electri in Nova Hispania describit. Iaponiam praecipue succinum mercatoribus offerre acta Philosophica Anglic. Soc. Reg. anno 1669. d. 19. Jul. n. 14. affirmant.

§. IV.

Ex §. I. innoteat, multa saepius pro succino circum-

cumferri, quae tamen non ad id pertinent. Hinc NEUMANNUS l. c. p. 1732. n. 4. inter succinum verum & falsum distinguit, cui ultimo Gummi-Resinam Americanam Gummi de Loock dictam, quod alias etiam pro Gummi Copal venditur, merito annumerat. Facile fraus exploratur frictione, vbi minor persenescitur electricitas, sub deslagratione odor minus suavis nares ferit, plus in Spiritu solvitur, nec sub destillatione Sal acidum volarile largitur. Difficilior redditur veri a falso dijudicatio, si frustula vtriusque mixtim nobis offerantur. Adulteratur etiam cum Gummi Arabico & Copal. De succino factitio non est, quod dicamus, quia haec tenus nullum vendi uno ore omnes affirmant.

§. V.

Ob copiam & inde provenientem quaestum in Prussia triplicem potissimum iam diu habent electrum colligendi rationem. Modus primus est, vt inter maris eiectionamenta, sabulum, algam exsiccatam &c. id studiose querant. Alter vero reti perticae affixo ad instar instrumenti, quo pisces ex piscina depromuntur, peragendus, mediante quo, succinum, favente in primis ipsius tempore nocturno etiam nitore, ex mari protrahunt, quod deinde succini baufilis nomine venit, ad quod & prius refertur. Felicius vero hoc succedit negotium, si procellae vndas ad littora brevi ante impulerunt, siquidem non maris sed terrae, vt infra demonstrabitur, est progenies, ex cuius visceribus per vndas liberatur. Quod vero, vtr quibusdam visum fuit, lunari associatur morbo i. e. quod luna crescente augeatur, decrescente minuantur speciem fabularum praebet anilium. Etenim non aliam a luna patitur alterationem, nisi eam, cui torus forte subiectus

iectus est oceanus, ira vt pro maris reciprocatione, maior vel minor succini quantitas ad terrae superficiem protrudatur. Porro fossione succinum sibi comparare allaborant, quae tertium in collectione constituit modum. Hac succinum in ipsis montium iugis non sine vitae crimine ob fabulosam, instabilem & ad ruinam proclivem terram, arenamque ventis facile mobilem fossorum opera scrutatur. Propriis in venis latet, quas, quomodo detexerint, hic & b. m. HOFFMANNI Opusc. Physic. Chem. L. 2. obs. 33. allegare placet: Fodiendo nimirum primo in conspectum venit arena, qua sublata stratum sepe obtulit argillaceum; post terra profundius subruta stratum aperuit ligneum, ex ligno quasi vetusto, flammam tamen concipientem, copagmentatum, sub cuius fundo plerumque deprehensa est minera vitrioli, ex qua libero aeri exposita, non secus ac ex minera Martis Hassiaca, vitriolum omnis venerei contagii expersa, efforuit. Denique terra altius suffossa, inventum est stratum arenaceum, idque bono admodum omne ex hoc enim convenientibus instrumentis diversa succini copia variis in locis extracta fuit. Succinum hoc modo erutum vocatur succinum fossile. Datur etiam electrum loco ipsi quasi praeternaturali, in intestinis sc. animalium, ita in pecoribus, quae ad mare ibi aliquando pascuntur, saepius reperi legimus. Corvos vero eos vesci ex excrementis istorum multo succino referunt coligere licet, non minus in piscibus quibusdam, aselli minores dictis, invenitur.

§. VI.

Varium pro frustulorum magnitudine, puritate, colore & claritate succino statuitur pretium. Has igitur circumstantias ut perpendam, mearum esse partium iudeo.

co. Quod igitur magnitudinem respicit, sciendum, cæteris paribus, quo maius, eo pretiosius aestimari. Frustula minima, der Sandstein, vilissima habentur. Hanc speciem sequitur tantillo electrum grandius, quod den Schlug vocant, quod adhuc maius excipit, proprio nomine Germanicum Firnūß, quia vernicibus parandis præ caeteris adhibetur, sibi vindicans. Hoc mole iterum maiori successive superat, der Knöbel dictum, operam tornatoris iam admittens, der Tonnenstein & denique der Sortementstein, quod omnium enumeratorum maximum, confectioni variorum vñsilium e. c. der Stock-Knöpfe, der Tobacks-Dosen, einer Fleut-Travers &c. inservit. Pharmaciae frustulorum maiorum potius rasuram, quam pulverulentum exhibere debent.

§. VII.

Quo magis heterogenea succinum conspurcant, eo vilius merito aestimandum, nisi quae ex triplici naturae regno, praecipue animali ita inmixta sunt, vt & curiosos delectent, & varias de electri origine suppeditent, meditationes. Haec enim vt pretium minuant, tantum abest, vt potius id querentibus mirum in modum augeant. Ita frustula ista minima, der Sandstein & eo respectu vilissima habentur, quia impurissimum vtpl. adparet, quod & alterum der Schlug non multum superat. Ficis, cui emittur, quemque & pretium vnicuique Carabes ratione puritatis speciei statuere facillime, me non monente, docebit. Pro scopo certe medico ab omnibus quisquiliarum heterogeneis debet esse liberum.

§. VIII.

Multifariam succinum colore discrepat, si subdivisiones attendere velis, quas tamen omnes ad duo genera refer-

referre licet. Singulas enim species colore diversas nem-
dum habere, tantum abest, ut denominare valeamus. Da-
tur ex rubello flavum, aureum, citrinum, pallido-fuscum,
quod vilissimum est, cereum, infuscatum, candidum, la-
teum, squameum, das schuppichte oder flaminichte, quod
carissimum habetur, vndulatum, nebulosum, perlatum, das
fomifarbene, &c. id, quod his aliquique coloribus est mix-
tum. Offerunt igitur sese nobis isti duo colores succini
generaliores, slavecens sc. & albicans. Quod de nigro
hinc inde aurores habent, fabulam potius redoler; Nam
tunc Asphalti, ligni fossilis vel alias bituminis est species,
praecipue eius, quod in Anglia ex mineris carbonariis e-
ruitur. Colores mixti v. g. concurrens viridecens, cae-
rulecens, opalinus &c. rarissimi sunt, quin dubitandum
est, an sint naturales, siquidem artificis manu variis colo-
ribus tingi posse nobis constat. A B de sott refert, iam
PLINII tempore conchylii colore colorari succinum po-
tuisse haedorum sevo (cui melius oleum quoddam in quo
radix maceranda substitues) & radice Anchusae. Ceru-
leae vero lineae nonnunquam perreptantes succini frustu-
la procul dubio vitriolo suos debent natales. Cum P A.
RACELSO vero dura succina vitriolo tingere velle labor
erit frustraneus. His omnibus pretium alii pro alio sco-
po aliter tribuunt. Praferunt succinum album; sed fla-
vescens magis est fragrans, magis resinosum, hinc scopo
medico certo respectu aptius deprehenditur.

§. IX.

Ratione claritatis electrum est vel pellucidum vel
opacum. Albicans, excepto candido, opacum cernitur;
slavecens modo pellucidum, modo opacum habemus, id
quod & de coloribus mixtis valet. Iam vel exinde prae-

B roga-

rogativa pellucidi intelligitur, quod heterogenea contenta iucundo interdum spectatoris spectaculo varia lapi-deo-terrea, aquae, petroleique guttae mobiles, frustula ligni, musci, algae, aristae, folia arborum, formicæ, araneæ, muscae, papilio[n]es, cicadae, vermes &c. videntur, conf. PLINII hist. nat. LXXXVII. C. III. Cavendum vero ne nobis imponatur, quia interdum talia, quin maiora, ut pisces &c. sed manu artificis fraudulenta inclusa deprehendimus, id quod etiam ex infra succini recensenda genealogia concludere possumus. Oculum vero quia squameum mirifice delectat, pretiosissimum, et si sit opacum, perhibent. Medicina sibi potissimum pellucidum ob puritatem experit, omnis maculae expers, cui, si frustula maiora Chinenses par auro pretium statuere, & ex eo idola sua confiscere dicuntur.

SCHOL. Ne vero opinemur, omne succinum pellucidum esse nativum tale, non alienum a re fore hic monere iudico, arte posse clarificari. Illustris IVNCERVS, Fautor atque Praeceptor pie colendus, modum, quo fieri possit sequentibus in Conspictu chemiae tomo altero Tab. 47. p. 47. n. 9. indicat: *Nebulosa & minus pellucida frusta succini prope candelam ardenter detenta, & subinde sebo inuncta, ad pellucentem statum perducuntur. Idem aliquantulum succedit, si illa in ollam in qua pisces vel carnes percoquuntur ingerantur; vt notat D. SENDELIVS, & n. 10. Succini opaci frustulis, si olla quaedam repleatur, ac tum superfluo, ad obtentionem succini usque, oleo seminis raparum puro (ut crepaturae subtiles, quae calore fieri solent, iterum obdurentur; idem praefata instillatio olei Terebinthinae, nam si per se globuli ollae inferantur, materiam obscuram sapore falso aliquo praeditam exsudant) ignis primo lenis (alias lamellatum intus dissilit) deinde gradatim ad coctionem usque auctus per 20. ferme horas adhibeatur, clarius*

5

S magis perspicuum sed durius succinum inde reddit, (vis etiam electrica minuitur) quae quidem artificum vulgaris methodus est, clarificandi succinum. Non succedit autem cum oleo lini. Et n. 11. Talia quoque succini frusta, si arena maritima rebole obtegantur, & in olla ferrea igne digestio gradatim per 40. horas debite tractentur, pariter ad perspicuitatem quandam pervenient. Quod vero, vii SCHROEDERVS vult, diurna cum aqua salta coctione albescat, mugas esse expertum est, nisi forte vir alias cordatus quasdam sibi reservarit cautelas. Hoc modo processum describit: Rec. succini flav. e. g. lbj. pone in cucurb. terream validam, superadde salis marini, vel (si eo caries) salis gemmæ, aut salis com. opt. lbj. superaffunde aquae pluvialis q. s. ad sal solvendum, quo soluto, insuper affunde recentem aquam fluvialem, ebulliant super imposto alembico cacco, (ne aqua subito exhalare possit non tamen firmiter cucurbitæ agglutinato) dieb. & noct. 14. vel donec coctione illa album evadat. N. Ne aqua deficit identidem alia fervens superadicienda erit. Procul dubio ex opinione illa, ac si albedo succini a falso sene maris dependens, esset aliquid adventitium post sui generationem hic promanabat error. Chrysolectrum vero strictiori sensu ita dictum nulla arte aemulari potest, clarificando enim semper aliquid de colore Carabes exaltato decedit.

§. X.

Praemissis iis, quae ad historiam succini referenda sunt, circumstantiis, provolvuntur ad eius analysin seu principiorum sic respective dictorum per rationem & experientia detectionem. Ex quo aliquid sit, ex eo etiam constat. Si igitur demonstraremus 1) succinum fieri 2) ex quarum materiarum concursu generetur, eius partes constitutivæ patentes.

§. XI.

Succinum, quia varia heterogenea in se saepius continet,

net, quae alibi, quam in eo per sui essentiam genita sunt (§. IX.) sequitur, fuisse in tali statu, qui ad eiusmodi heretogenea in aggregationem admisit, in nullo vero admittere potuit, nisi in liquido, ergo succinum fuit liquidum & ad siccitatem fere lapideam, qua gaudet, pervenit, id quod etiam experientia superioribus iam temporibus confirmat, conf. HARTMANNUS l.c. C. V. §. I. 2. Liquidum, quod in loco solidescit, ubi nihil, quod ad eius solidam mixtionem pertinet adest, necessario aliunde secum adduxit ea, quae ad solidescientiam necessaria sunt. Succinum autem in arena reperitur, consequenter etiam aliunde secum adulxit ea, quae ad eius mixtionem propriam contribuerunt. Liquidum, quod vehit talia, quae non in uno loco in sui mixtionem trahere potuit, necessario successive diversis in locis ea in se recepit. Scimus (§. I. & IX.) in electro nostro talia contineri, quae in statu fluiditatis constitutum, non in eodem loco in sui mixtionem trahere potuit, quis itaque dubitabit, succinum diversis in locis eadem accepisse? Cum vero de eo, quod necessaria, quae ad sui mixtionem pertinent successive diversis in locis accipit dicamus, quod fiat, generetur, succinum fieri ac generari extra omnem dubitationis aleam positum esse censeo.

§. XII.

Ex quarum vero materiarum concursu electrum coalescat, locus natalis supra §. V. ex HOFFMANNO descripsus patefacit. Videamus igitur singula. Mediante calore subterraneo, qui hic potissimum ab aqua cum minera ista vitriolico-martiali congridente dependet, oleum terrae suae indolis ex ligneo strato superstrato, vel a ligno diluviano vel alio tempore submerso vel a radicibus sylva.

sylvarum sive ascia sive igne destructarum demortuis dependent, destillat, (quandoquidem oleum ex carbonibus & lignis fossilibus destillando elicitor & rectificatum oleo succini est simillimum) quod isto calore subtilissimum subtili acido minerali, ex eadem minera eodem adminiculo liberato, terraeque in acido solutae subtiliori propria gravitate descendendo iungitur, aqua vel pluviali vel fontana, iam acido & terra subtili saepe impregnata (conf. HARTMANNUS l.c. L. I. C. II. §. V.) viam ad arenam subiectam tanquam matricem, monstrante, quod deinde vehiculum per arctissima arenae interstitia vterius decedit, aliqualem sui portionem, quae in electri mixtionem ex parte acidi aqua trahitur, relinquent, quo facto succinum nostrum coagulatum condensatur, quod quidem tanto faciliter succedit, quanto magis terreo-lapideae partes (der Steinsäft) acido isto soluræ continentur, & hoc ex terreo latere cum oleo cohaeret. Si vero non sufficiens acidi adfuit quantitas sit interdum ut olei quaedam portio libera infus concludatur (§. IX.) Acido vitriolico olea destillata in massam resiniformem coagulari posse per experimenta noto notius existit. Cacterum de abundantia minerae vitriolicae circa succini locum natalem conferatur HARTMANNUS l.c. §. IV.

§. XIII.

Dubium hic occurrit, hoc modo non posse electro includi ea, quae insunt saepius heterogenea, praeter ex minerali regno orta. Sed probe tenendum, omnino posse omnia & ex vegetabili & ex animali regno, quae in Carabe reperiuntur, mediante aqua pluviali per laxam terrae compagem (§. V.) in ductibus aquae consuetis ad succinum locum natalem petens, etiam in coitu comprehen-

hensae muscae, D.D. SENDELIO in frustulo rarissimo obseruante, vehi, & ita immisceri, quod probabilitate opinionem, ac si talia insecta vna cum ligno subterraneo subterraneum petierint locum succino proprium longissime superat. Muscae vero non hospitantur in terra? Respondetur, tempore autumnali, vbi coelum maxime pluvium, musca, aranea, cicada &c. iam moribunda tempestate abripitur, non amplius resistere, quod NEUMANNUS l. c. p. 1725. desiderat, valet. Hinc innotescit etiam ratio cur in pellucido potissimum sint animalcula; nam si calor aestivus cum calore subterraneo concurrit, necessario oleum terrae istud maiori copia elicetur, adeoque fit crassius, opacum, magis sulphureum arque electricum magis id, quod aestate generatur, & quia tunc temporis vivacitas animalculorum viget, grama & foliola nondum decidua, opacum succinum tam multa eiusmodi aliena non continet, vti id, quod autumnali tempore genitum fuit pellucidum. Vernale & hyemale pellucidum quidem est, sed ab impuritatibus immixtis magis liberum.

SCHOL. Ex dictis concludere licet, electrum non esse creatum in mundi principio, sed genitum, & tam diu generari, quamdiu ea, quae ad eius mixtionem necessaria sunt in regno subterraneo soventur.

§. XIV.

Succinum vegetabile vocare post observationem ex b. m. HOFFMANNO §. V. allatum minus congruum esset. Quia vero oleum istud terrae ex ligno diluviano destillatur, videmus adhuc pinguedinis vegetabilis indolem & intermedium quasi gradum, qui etiam in effectu patescit, licet magis ad olei terrae indolem accedat; neutquam enim

enim totum a Sp. vin. solvit, sed subtilior tantum pars in eum decedit. Tanto magis insomnia eorum cadunt, qui electrum pro excrementis animalium, vel Niciae, qui pro radiis solaribus corporificatis habebat. Quod non sit spuma maris, vel picea materia per naufragia in mare delata, falsedine & motu aquae marinæ consolidata ex dictis facile est intellectu.

§. XV.

Pro praeponderante vnius vel alterius ingredientium quantitate color electri nostri exsurgit, quae quidem principiorum horum diverso pondere mixtio non in succino solum, sed in reliquis, quotquot dantur, bituminibus coloris statum mutatum atque diversitatem infert. Annotare haec volui contra WIGANDUM, qui Tr. de succino p. 26. statuit, albedinem ipsi esse adventitiam & a sole marino provenire. A principiorum diversa proportione variaque acidi hinc alteratione, varia inducitur porrorum constitutio, variaque radios solares repercutienti facultas. Ex quo fundamento album levius etiam deprehenditur reliquis, si frustula aequali magnitudine non porosa examini subiicit.

§. XVI.

Habitu electri ad ignem §. I. vidimus, nunc de iis, quae obtinuimus seorsim. Aqua, quae primum educebatur, ob ignis vim maiorem adhuc aliquid olei empyreumatici sapiebat, olebat, gustu salini quid prodens, minime in totum, et si iterata vice destillata, repurgata. Dicitur alias spiritus succini empyreumaticus, nullique in sanando usui adhibetur.

§. XVII.

Oleum succini ad indolem petrolei accedere confirmant

mant 1) generatio, 2) denegata eius in spiritu vini solutio. Quod vero ita a b. m. NEUMANNO rectificari potuerit, ut fere cum omnibus liquidis mixtionem inierit, certe magnam eius alterationem indicat. De usu medico inferius agetur.

§. XVIII.

Subtilior olei pars sub operatione acidi mineralis parti iungitur, eamque volatilitat, hinc producitur, (quamvis fortior em, quam reliqua salia volatilia, priusquam sublimetur, ignis exposcat gradum,) sal istud peculiare acidum scilicet succini volatile, cui modo inferius indicando repurgato ab ea, quae adhuc ipsi inhaeret oleositate, si oleum vitrioli instilletur, vapor sentitur prorsus nullus, qui tamen adesse deberet, nisi iam vitriolicae esset indolis. Similiter NEUMANNUS l. c. p. 1740. sali succini cum sale tartari saturato infundebat oleum vitrioli, effervescebat ob alcali adiunctum, sed nullus item vapor apparebat. Vegetabilem ex ligno diluviano ortum & hoc momento firmare possim. De vnicis enim floribus Benzoës, tanquam vegetabilibus, similis observatur status. Est non minus sal acidum volatile subtilissimo oleo praegnans, igne sublimatum, siccum, & si in aqua solutum, purius crystallisandum. Oleum vero Benzoinum, quia proximus ex regno vegetabili facillime spiritui vini iungitur, quod vero de oleo succini non valet, vrpote acido nimis alterato. Utillitatem, quam sal succini in medicina praefstat suo loco sum indicaturus.

§. XIX.

Caput mortuum praeter terram effoetam adhuc olei & salis tantillum retinuit, hinc spir. vin. affusus tingebatur, quod quidem tanto minus fieri comperi, quanto leniori

niori igne labor descriptus peragitur, tunc enim non cophoniae, ut alii volunt, consistentiam, sed levem ac spongiosam ostendit. Ex huius capitinis mortui libris tribus in fornace sigulina vterius exustis, cineris pauxillum & ex eo vix grana aliquot salis fixi, sal volatile resipientia celeberrimus post fata LUDOVICI obtinuit. Si destillatione per se facta ad vernicem nigrum ferro intime adhaerescentem (ju einem Eisen-Firniss) praeparandam usurpari potest.

§. XX.

Haec esse principia succini a posteriori etiam patet. NEUMANNUS enim oleo Petrae, quod terram simul continet solutam, acido vitriolico vel origine primo haud assimili nitroso concentrato succinum artificiale fieri affirmat. Verum enim vero, cum instrumenta artificialia naturalibus hic non facile sint aequiparanda, artificiale electrum naturali ex omni parte aequipollere nunquam crediderim.

§. XXI.

Soluendo per menstrua tum vniuersalia, tum particulae naturae arcana, quae in mixtis asservar corporibus alias solemus rimari atque recludere, hic vero eadem chemicam manum eludere videtur. Menstruis acidis, spiritui vini, ætri, aquae, menstruis alcalinis, modo oleosum principium largum modo terreum, & forte mucago, quam NEUMANNUS l.c. p. 1736. accusat obest, resistit. Vlterior quidem solutio in arte salutari vix egregium afferet emolumentum. Subtilius, efficax, balsamicum principium, in quo proprie vis residet medicamentosa, praeparata satis superque fovent, quae inferius perlustraturus sum. Interim quaedam monenda,

C

ex

ex quibus vnam forte viam ad diu quaesitam succini alchymiam, seu frustulorum minimorum in maiorem mollem compositionem pandet, praeter oeconomicum in vernicibus parandis usum. Et acida & alcalina ex principiorum indole solvunt electrum modo sint subtilissima, potentissima, ita, ut acidum oleosum largum, alcalinum vero terram seu mucaginem Neumannianam superare queat. Pertinent huc spiritus formicarum acridus, oleum vini, spiritus TRae antimonii acris abstractius, quibus pro laboris administratione plus minusve obtinetur, & spiritus ille ex calce viva debita encheirisi paratus, quem *Basilus VALENTINUS L. V.* describit, quo succinum in oleum resolvi posse comperti. De solutione per diversa menstrua qui plura cupit, adeat dissertationem sub Praefidio D. D. ALBERTI, Praeceptoris, Patroni, Hospitisque mei aeternum colendi, de succini solutione ferme radicali a D. D. BERTUCH 1739 habitam. Ad usum mechanicos Illustris post fata HOFFMANNUS l. c. sequentem solvendi profert modum: Recipiunt succi pulverisati lib. j, quae in tigillo fistili convenienti carbonum igne colliquatur, & haec liquida massa in laminam ferream infunditur, rursus comminuitur in pulverem atque in tigillo fistili, addito primum oleo lini, quod cum Litbargyrio prius coctum & praeparatum fuit, & postea spiritu Terebinthinae totum dissolvitur, quo vase lignea & metallica l. a. obducuntur, & dextra fata prius exsiccatione, poliuntur. Eodem loco curiosus etiam de electri emolitione in Machina Papiniana cum oleo processus legi meretur. Cum oleo Terebinthinae saturatum, in vase clauso leni calore tractatum succinum etiam solvitur, qua solutione cum ad vernicem tum ad usum medicinalem externum vtuntur. In ceram effervescentem

secentem & despumatam projectum mollescere ita, ut ad sigilla commode adhiberi possit, credidit Miraldus.

§. XXII.

Transgreditur ad usum, quem electrum nostrum praebet medicum. Quanti aestimatum sit versus sequentes iudicio sunt:

Sunt sex in medicis, quae vincunt robore taurum,
Succinum, Castoreum, Mars, Camphora, Tartarus, Aurum.

Et Val. CORDUS in Diosc. succinum inter praecipua, inquit, numeratur, quae Deus ad hominum usum condidit. Ex eius principiis deducuntur, & ipsa experientia comprobantur virtutes generaliores placide resolventes, sanguinem successive attenuantes, abstergentes, nervinae, ruborantes, balsamicae, diuretiae, discurrentes & antispasticae. Hinc interne specialius datur in omnibus fluxionibus aequae, ac commotionibus exitum non invenientibus sanguinis, (in haemoptysi & mictu cruento debita cautela dummodo obseretur) in lymphae, nervorum, capitis, membranarum, tendinum, pectorisque morbis praecipuis. In primis ad menses ciendos, erysipelas profligandum vallet. Ventriculi robur restituere iuvat deperditum. Corrigit, depurat lympham impuram, viscidam, ulcerascens tem. Conducit monderato usu in ulceribus sine febre internis, heoticis, in calculo, ad expellendum etiam, in phthisi. Vilitatem praebet in morbis venereis, gonorrhoea utraque, utroque fluore albo, in ulceribus venereis, in frigidis uteri morbis, in scabie, in lepra, in purpura, in catarrhis diuturnis, coryza, brancho, pectorisque opplementatione mucida. Resocillat sensoria externa labefactata a causa ut aiunt frigida. In defluxione serosa intra oculos & aures, in visus imbecillitate, in lippitudine, variisque

aliis oculorum vitiis, in auditus ex eadem causa gravitate, in aurium susurro, glandularum obstructionibus, mesenterii praeprimis morbis egregie se gerit. Tonsillis resistit, fauciumque vitiis medetur. Locum habet in affectibus soporosis, in memoriae debilitate, artuum tremore, in paralysi. Adhibetur in tumoribus frigidis oedematosis, quin in ipso hydrope, resolvendo, diuresin movendo valet. In dysuria, stranguria, ischuria cum fructu usurpatur, nec non in variis affectibus convulsivis, nephriticis, vterinis. Tanta vero hic non est virtus, ut iuxta quosdam succinum album, (quod ad calculi expulsionem, fluxus seminalis cohibitionem, oculorum affectuum sublationem prae reliquis commendant) in pulverem redactum vinoque seu cerevisiae, inscia fernella inditum atque ab ea haustum, vrinam, amissa virginitate illico etiam invitae pellat, virgo vero eam retineat. In vertigine praeprimis a debilitate generis nervosi & a nimia catarrhoa cerebri oppletione oriente, suo non destituitur effectu. Porrigendum in congestionibus rheumaticis, in cephalaea, in cephalalgia, in dolore capitis catarrhali, hemicrania. Haemorrhoides caecas, morbos gravidarum & purerarum mitigat. Iuvat in diarrhoea pituitosa & dysenteria. In haemoptysi, vomitu cruento, superato paroxysmo virtute abstergente atque tonica proficit. Laudatur in casu ab alto & ad sanguinem extravasatum, sed hic efficaciora requiruntur. Cum vero nullum medicamentum sua qualitate physica absolute agat, sed simul secundum receptivitatem sui, & ad debellandum morbum vis unita saepius requiratur, ne miremur, si interdum etiam spes & intuitu egregii huius medicamenti nos in praxi fallat.

§. XXIII.

§. XXIII.

Externe roborando confert in tumoribus glandularum & lymphaticis, in tendinum ac ligamentorum atonia & contusione, in vteri debilitate, in ani & vteri procidentia. Virtutem egregiam exhibit balsamicam in ulceribus, vulneribusque, vt aiunt, exsanguibus, sive quae partes simul cutaneo - nervoso - membranaceo - tendineas attingunt. Hinc confert in periositorum morbis, in synovia, in ossium, dentium praecipue, carie. Discutit catarrhos partesque roboret relaxatas.

§. XXIV.

Innumeris fere compositiones ingreditur succinum. Adhibetur in substantia vel eius rasura a gr. vi - x - xv - Scrup. j. cum aliis scopo congruis in pulverulenta forma, quandoquidem diffusior eius moles alias offerenda, cephalicorum, nephriticorum vterinorumque &c. probatorum adiectione iudiciose minuenda venit. Gustu percipitur pingue quid, quod peculiari obtusa dulcedine & falso quodam subtili gaudet. Prostat inde in pharmaciis succinum praeparatum, quod aut aquae fontanae sive distillatione appropriatae aut congruae essentiae additione super marmore teritur. Vel praescribimus praeparata, quae sunt in officinis oleum succini, balsamus sulphuris succinatus, balsamus succini, sal volatile succini, liquor C. C. succinatus, spiritus salis ammoniaci succinatus, Essentia succini, Pilulae de Succino Craronis & Trochisci de Carabe. Externe praeterea in suffimigiis adplicatur ad serosas congestiones resolvendas, vbi odorem proprium, ad indolem ambrae gryseae, plerisque tamen non ingratum, nisi luculentius ardeat, spargit, qui etiam aliquantulum frictione succini persentiscitur. Ad in-

flammabilitatem pronitas comminutione ob contactum in superficie maiori maiorem acceleratur. Si enim pulvrem subtilissimum versus lampadem sufflas, flammatum illico corripit magnumque procreare ignem viderur. Vapores illius, quia de acido subtiliori participant miasma pestilentiale infringere & rationi & experientiae est convenientissimum. Notum est, quod, quando Regiomontum lue contagiosa erat correptum, ex illorum numero, qui succinum elaborant, raro quempiam fuisse infectum, conf. HARTMANNUS l.c. L. II. C. III. § X. Putredini resistit & ad balsama obducenda cadavera recipitur, hinc in Aegypto pari cum aloë & myrrha pretio venit. Ad pensio eius in coryza & gravedine nullius est utilitatis. Contra pituitas, tonsillarum fauciumque vitia, lymphationes brachialia, collaria, Flus-Corallen, vel aurium appendicula gerere, quod Italis familiarius, vanae potius ostentationi, quam medelae inservit. Pallescentia enim si corpori eiusmodi ad�licantur, a sudoris aliorumque effluviorum conspurcatione originem trahit. Sed videamus praeparata seorsim.

§. XXV.

Supra cognovimus petroleum & oleum succini ad unum pertinere genus. Hic vero specialius oleum succini, quod alii balsamum septentrionale, oleum sacratum vel opobalsamum Europaeum etiam vocare solent, quatenus philiatrorum est instrumentum consideraturus sum. In antecessum notamus, interne succinum in substantia seu essentia oleo destillato palmam praeripere. Seorsum aliqui, nescio quam ob caussam, recentent oleum succini albi, cum tamen, si praeparatio debita, non differat. Conficitur destillando ex retorta five sigulina five vitrea,

vitrea, quae vtrima vel nuda vel obducta (vbi prudens
 ignis regimen observandum, quin nuda totus labor per-
 agi nequit) in igne vel caeteris paribus aperto vel arena
 candente, sive per se sine additamento (quod optimum
 est, quia nec labor protelatur, nec salis volatilis pars,
 si forte expetatur, infringitur, nec pretium frustra sine
 efficacia augetur v. g. coralliis, nec eductum ipsum quo-
 dammodo alteratur, hinc in ipsa Prussia & Anglia vsua-
 le sive cum eo v. g. coralliis, silicibus contusis, terra lu-
 tacea, arena, terra bolari, calce, lateribus, cineribus eli-
 xivatis, sale communi, pumice, carbonibus &c. Insi-
 cias ire non possum, his additamentis eductum nostrum
 diversimode alterari, id quod ex diverso pro additamen-
 to colore modo fusco, modo ex nigricante vel ex palli-
 do viridi, quem destillatio cum cineribus clavellatis ex-
 hiber, adparet. Ob materialem concursum maior qui-
 dem cum carbonibus elicetur quantitas, sed est impurum.
 Vulgo adicitur arena vel ana vel dupla eius pars, quibus
 mixtis retorta b. m. NEUMANNO monstrante, ad dimi-
 diam & quod paululum excedit sui partem (si sine adie-
 cto alio, tantum ad dimidiā, quia tunc massa facilius
 inturgescit) repletur, collo probe repurgato, in furnum
 reverberatorium reponitur, firmatur adaptoribus, & ca-
 paci recipiente ita clauditur, vt apertura adaptoris me-
 diam fere recipientis attingat partem, tunc, rimis pro-
 be oblitteratis, (quae quidem accurata obliteratio di-
 suadetur, nisi recipiens admodum capax, & succinum
 cum addito alio destilletur; alias enim vaporibus, Gas
 dictis, egressus est concedendus) ignis sub initio lenis,
 successive pro re nata augetur ad fundi retortae cande-
 scentiam vsque, ne succinum in forma massae piceae sta-
 tim

tim elevetur & transcendat, vel vitra cum impetu disi-
 ciantur, tunc primum phlegma acidulum, vti dictum,
 prodit, dein oleum, primo limpидius post crassius, in-
 valescente vero igne, cum sale crassissimum. Sale mo-
 do, sub eius tractatione specialiori indicando separato,
 oleum ab iis, quae eidem inhaerent repurgandum est im-
 puritatibus, quanquam celeberrimus post mortem LUDO-
 VICI in pharm. mod. secul. appl. disp. I. de oleo succini
 loquens, sequentia profert: *qui sub privata rectaque sic
 Dispensatione albi flavique coloris rationem non adeo habe-
 re tenentur, simpliciter sic, (quamvis aliquando obscurius)
 secure adhibere poterit, aliquoties solummodo ablutum &
 aliquamdiu hinc repositum, citra laboriosorem, alias ple-
 rumque residuum minus graveolens relinquenter rectifica-
 tionem.* Rectificatio itidem vel sine vel cum adiectis ter-
 reis v.g. colophonio propria, C. C. vel ossibus vestis, cal-
 ce, creta &c. vel salinis vt sale marino, cineribus clavel-
 latis, spiritu ex methodo Glauberiana salis, sale communi
 decrepitato ex Vigano vel aqua, quae ultima reliquis pal-
 mam dubiam facit. Destillatione nimirum peracta, lar-
 gior infunditur aquae destillatae vel pluvialis quantitas in
 vas recipiens, vel ipsius phlegma acidulum succini non
 separatur, quo omne simul sal volatile abluatur, quae de-
 inde in alembicum fusa ex B.M. rectificantur, oleum pri-
 mum album, dein flavum postea rubellum, remanente
 haud pauca quantitate picis instar aquae, vltiori vsui
 destinandae vt ex §. seq. patebit, innatante & provnguen-
 tis atque emplastris seponenda. Glauberiana methodus,
 quia admodum curiosa, non possum non, quin ex Illu-
 stris IUNCKERI Chemiae l.c. hic allegem. Cum spiritu sa-
 lis, inquit, destillatum, transit multo clarius & a fætore
 libe-

liberum, quodsi cum spiritu salis vel aqua Regis denuo rectificetur, ad maiorem vim & subtilitatem evicitur, sed portio eius ab acido salis fugitur, ac remanet instar flavescentis Mastichis calore mollefcens & fere ut cera tractabilis. Talis rectificatio si cum novo spiritu salis crebro repetatur, suavem & ambracum pene odorem ei conciliat. Idem rectificatum si superfluo forti spiritu salis calore digeratur in vitro, indurescit, & in speciem quasi succini translucentis reformatur. **le MORT** hoc seopo adhibet spiritum salis concentratum volatiliorem per oleum vitrioli e sale gemmae & sale ammoniacal propulsum, eumque cum dicto oleo rectificato in vase aperto radiis solis aestivi exponit, ut paullatim e liquido in spissorem denique succinum concretum abeat; ubi, quando adhuc mollius spissum crama exhibet, ipsi immersi possunt infecta aliave corpora incrustanda. Interne oleum succini ob calidam, humores commoventem, aestum & ardore inferentem indolem locum habet nullum, nisi in subiectis tantum phlegmaticis parcissima dosi a gt. iij. - v. offeratur, alias febres inflammatorias, mictum cruentum excitare valet. Hinc dubia merito eius est virtus cephalica. Resolveus, diaphoreticum, diureticum emenagogum valde calidum & acre existit. Refracta dosi ad MRam otalgicam, vti infra dicetur, sumi potest, vbi efficaciam roborandi possidet insignem. Ad tres quartuor gurulas exhibutum cum aqua florum aurantiorum aliave specifica paroxyxenum hystericum citissime discutit, RIVERIO in praxi med. L. XV. teste Ad scrup. dimid. scrup. j. oleum succ. alb., quod nullum amplius empyrema redolet, imo vero fragrantissimum odorem exspirat idem Autor in Epilepsia offert. Partum iusto efficacius pellit difficultem, vbi ad gt. xij. l. xv. cum vino (quae non

D

teme-

temeritas?) iusculo aut alio liquore adhibent. Externe
 in Cephalalgia serosa ad tempora illinitur & inter lini-
 menta nervina, antinephritica, in doloribus rheumaticis
 sumi potest, quamquam & hic caute agere conveniat, ne
 rumores artuum nodosori orientur. Temperandum scili-
 et est prius cum aliis oleis temperatoribus. Quod sub
 destillatione ultimo provenit, balsamis antiparalyticis ac
 antihystericis sociari solet, parcus vero itidem adhiben-
 dum. conf. A. N. C. Dec. I. ann. 8. obs. 78. Tanto ma-
 gis cautione opus erit, si cum Neumanno in partium ex-
 fanguium laesione adhibere velis. Ex oleo succini & e-
 iusdem Capite mortuo non nimio igne enervato quidam
 empl. cephalicum conficiunt. NEUMANNUS l.c. ex olei
 succini, Juniperi, Rutae & balsamo sulphuris oleum anti-
 loimicum fieri afferit, quod quidem adhibere, a prudentia
 practica longissime recedit. Nec balsamus succini ex o-
 leo & sale volatili eiusdem cum matre balsamorum con-
 stans eximii usus esse viderur, quamvis externe in apople-
 xia vertici ac nuchae adplicari possit, hystericsisque ac ce-
 phalalgiae mulierum & infantum spasmis convenire pote-
 tur. Balsamus sulphuris succinatus, quem alii polychre-
 stum (qualis non vocabulorum abusus?) vocant, sit ex
 floribus sulphuris & oleo succini. Verum enim vero,
 absit eius, tanquam medicinae iusto calidioris usus. Te-
 merario prorsus ausu in nephritide adhibent. Massam
 humorum exagitare, emmenagogum, diureticum & carmi-
 nativum est, dosis tamen ne quatuor excedat guttulas, et si
 alioquin ad x. usque adscendant. Ad colicam & affectus
 catarrhales, Celeberrimo post fata SCHULZIO in praele-
 tionibus ad dispensat. Reg. Brandenb. monente, infidi
 est effectus.

. §. XXVI.

§. XXVI.

Oleo subiungimus sal volatile & quem hoc simul
dar, liquorem C. C. succinatum. Vi ignis cum oleo, vt
diximus, postremo provenit, sed adhuc impurum est, hinc
separandum, & ad usum depurandum. Naturam eius
supra vidimus. Separatio, peracta destillatione, furno.
que cum perinentibus refrigerato, iterum diverso impe-
tratur modo. Prussi laboris compendium faciunt, hinc
ipsis sub operatione curae cordique est, ut quodlibet, va-
sis recipientibus mutatis, seorsim colligatur (sed cum ali-
quali salis volatilis deperditione, nec adeo olei destillati
evidentiori gratia hoc fieri solet). Sal circum circa oleo
inquinatum chartae imponunt, NEUMANNO referente,
bibulae vel prorsus non vel aliquantulum glutinatae,
quem tam diu continuant laborem, donec plurima olei
pars fecerit, ita vt charta ultima non amplius comma-
culeretur, Salque siccum apud eosdem venale adpareat. Est
vero adhuc oleo foetido foetum inde usibus medicis in-
epium. Scopo pharmaceutico igitur ratio colligendi,
depurandi, quam Illustris JUNCKERUS describit magis
congrua exsistit. Praeter id sal, p 49. l.c. inquit, quod e
parientibus recipientis & collo retortae abraditur, collum re-
tortae adhuc aqua calida eluendum, deinde etiam recipien-
ti & oleo succini, cui saepe quiddam salis adhaeret, aqua
calida crebro recenter affundenda & fortius spatula lignea
interagitanda est, ut tum portio salina exsolvatur, tum ole-
um aquae supernans, decantando aut filtrando (per char-
tam bibulam aqua ne oleum simul penetret madesfactam)
separari possit. Salina illa aqua si ad prius abrasum sal
solvendum adhibeatur, tum filtrata & in vitro leniter satis
evaporata frigori exponatur; nascuntur inde crystalli squa-

D 2

meae

meae flavescentes salis succini, in charta bibula siccandae.
 Reliquum liquidum aut ad liquorem C. C. succinatum usur-
 pari, aut vterius repurgatum, in salis formam redigi pot-
 est. Iterato labore vero ad albedinem usque depurare
 possumus. Cautius omnino mercamur, si ipsimet elabo-
 remus sal volatile nostrum, nisi fides eius, a quo prelio
 redimus, nobis sit perspecta atque cognita. Ob carita-
 tem enim saepius vel sale ammoniaco vel cremore tartari
 l. sacharo Thomae l. pulvere succini vel sale com. salibus
 essentialibus quin forte & aliis adulteratur, quae quidem
 fraus facilius detergitur, quam emendatur. Est medica-
 mentum diaphoreticum, diureticum, aperitivum efficaci-
 us, & ob simiam efficaciam tantum refracta dosi a gr. j.
 11-111. in phlegmaticis potius usurpandum. Ob oleum
 enim quod adhuc ipsi adhaeret commovet, in dosi accu-
 ratius depurati altius ascendere licet. Porrigendum est
 in morbis catarrhalibus & nervorum, in affectibus hyste-
 ricis Celeberrimo post fata BOERHAAVIO suaore, qui id
 antihystericorum & diureticorum in operat. chem. p. I.
 proc. 87. principem (forte in Baravia) nominat. In sub-
 iectis serosis, pulveribus cephalicis eius gr. j. immisceri
 potest. In hydrope simili forma usurpatum diuresia mo-
 vet, sed dosis ne gr. j. ad summum ij. excedat, spissitudine
 prius per resolventia correcta. Contra vrinæ viria infi-
 di est usus, quin etsi spiritu vini in liquorem subsequen-
 tem C. C. succinatum redigatur, vel acido quodam spiritu
 figuratur, caue tamen cum eo mercandum est. Externe
 etiam balsamis hystericis offerendis admiseretur. Liquor
 C. C. succinatus paratur ex sale volatili succini cum anatri-
 ea quantitate salis volatilis C. C. affusis spiritus C. C. Rect.
 ad salium vncias ij. vncias jv, quae si invicem digeruntur,
 coho-



cohobantur ipse provenit. Alcali vero vrinosum hic nimis praevalet, cum tamen de iure sal medium ammonia-
 calē liquidum esse debeat. Certo scopo magis methodus
 NEUMANNI, quam p. 1752. describit, placet, quam ita ha-
 be: Rec. Sal. volat. succ. depur. Sal. volat. C. C. depur. an.
 q. p. Solv. seorsim in q. f. aquae destillarae ad propriatae
 (ne solutio fiat nimis diluta) solutio ammoniacalis paulla-
 tim interposita agitatione in acidam ingeratur, ita dat liq.
 C. C. succinatum, qui maiori iure polychrestus dicendus
 & sub titulo liquoris C. C. succinati albi in pharmacopœia
 Wurtembergica describitur. Color est albicans, odor
 non adeo empyrevmaticus & vires praestantiores existunt.
 Alii p. j. Raf. C. C. commiscent cum p. 2 - 4 Raf. succ. aper-
 to igne destillant, salinum ab oleo separant & rectificant.
 Alii iterum, qui liquorem aqueum acido succini impræ-
 gnatum a depuratione illius residuum ad praeparationem
 eiusdem adhibent, hoc modo procedunt: Hunc suspensa
 manu successive spiritui C. C. infundunt ad effervescentiæ
 cessationem & saporem acidulum vsque, filtrant, ex
 retorta rectificant, vbi sub initio aliiquid spiritus vrinosi
 & dein phlegma, (cuius pars, si copiosior, removenda) &
 denique liquor in forma vaporis albanticis ad olei fere
 indolem prodit, quem vel separatim, vel spiritu vrinoso
 & phlegmate mixtum vsui asservant. Vel alii denique
 probe rectificaro spiritui C. C. solutionem puram, adpro-
 priatam salis succini ad saturationis punctum addunt. Et
 medicamentum, si debite paratum, quod roborante, ner-
 vina, antispastica, diaphoretica, diuretica, aperitiva virtu-
 te pollet insigni. Hinc in affectibus hypochondriaco.
 hysterico, epileptico. convulsivis (vbi cum tertia vel quar-
 ta parte essentiae anodynæ a p. m. ROTHIO in chemiae

P.II. Sect.II. n. 57. descriptae remisceri potest, caussis tamen huius mali probe observatis) in catarrhalibus, hemiplectico-paralyticis, spastico-arthritis summo saepius cum fructu adhibetur. Solo eius vsu hemicraniam perrinacissimam sublaram esse referunt Annales Phys. Med. Wratislaw. anno 1722 Mens. Febr. Class. 4. artic. 17. sed vsus sit providus, debito tempore debira dosi, ad xx. sc. gt. vel adhuc plus, si minus concentratus, pro pueris, adversus quorum motus convulsivos epilepticos laudatur, gt. 3-5-8. sufficiunt, ne eiusmodi damna, quae in dictis Annalibus anno 1724 M. Aug. Class. II. p. 51. indicata inducantur. In febribus est medicamentum non adeo insecurum vi solus Spir. C. C. esse solet. In aphony & paralysi linguae virtutem exserit, si pars affecta eo inungatur, apophlegmatizantem, loquelaque utpl. restituitur. Loco Spir. C. C. in MRA tonico Nervina post fata b. STAHLI liquor C. C. Succinatus non poenitendo effectu sumitur, quia is magis nauseosus. Verum enim vero nec hoc ex omni parte intentioni satisfecimus, quia adhuc adversum habet saporem. Cum autem nil, nisi excitatio toni per volatile intendatur, gratori effectu substituitur Sal volatile succini & cum TRa alcalina in fluida simuli agente iungitur.

§. XXVII.

Contemplatus sum nunc ea, quae analysis exhibet, vna cum coniunctis, praeparata, ad reliqua igitur tractationis vergit ordo. Primum merito locum essentia, vel si saturatior Tinctura sibi vindicat. Praeparatur vel per se, vbi subtilissimam & facilium solubilem tantum Sp. vin. Rectificatis extrahit partem, ita vt vix Tinctura adpareat, vel vincula succini salino alcalino addito paulisper relaxantur. Alcali sc. acidum in succino contenutum ad-
gredi-

greditur; oleosum liberat ex parte in quod deinde Spir.
 vin. agere potest penitus. Quae sine sale conficitur ge-
 neralioris est usus, siquidem tam in quam externe, vbi
 salina ob irritationem non locum habet, adhiberi potest.
 Saepissime cum Tincturis alcalinis miscetur. Cum sale
 parata paulisper commover. Per se paratur ex pulvere
 succini electi pondere partibus duabus affusis decem par-
 tibus Sp. vin. Rectificatissimi; per octodium loco tepido
 in vitro probe munito miscela digesta atque de die ali-
 quoties agitata, dein refrigerata filtratur. Ab hac eff.
 quidam Sp. vin. abstrahunt & extractum resiniforme pi-
 lulis loco succini pulverisati hand contemnendo conami-
 ne addunt. Alii aliquam spiritus partem abstrahendo es-
 sentiam succini concentratam obtinent, eminenter balsa-
 micam, & in primis in gonorrhoea & fluore albo pertina-
 ci multiplici exercitio practico comprobata; quanquam
 & hic ea potissimum refracta dosi valeat, quae ex pulve-
 ris succini & salis tartari ana vnc. j. Spir. balsam. Peruv.
 vnc. vj. ad sufficientem Tincturam per aliquot dies dige-
 stam, extracta est, atque a b. m. ROTHIO l. c. n. 77. sub
 nomine eff. succ. bals. describitur. Salinum qui addunt,
 vel alcali volatile vel fixum eligunt. Praeparationem si al-
 calino volatili fuscipiunt, vel spiritum Sal. ammoniac. vi-
 nosum vel Spir. Sal. ammoniaci succinatum ex pulv. suc-
 cini & Sal. ammoniaci ana lb. sem. calc. viv. lib. sem. &
 Spir. vin. q. s. paratum pro essentia extrahenda adhibent.
 Volatile additum tonicas maiores vires praefstat, quare
 haec in cachexia femellarum, vbi defectus mensium a
 flaccida toni remissione dependet, in catarrhis, tussi ca-
 tarrali, raucedine ad gt. vj. - xv. exhibita suo non de-
 fraudatur effectu. Aliis mos est pro extractione Sp. vin.
 aliquo-

aliquoties vel vnica tantum vice succino pulverisato ab-
 stractum usurpandi, cui methodo b. m. HOFFMANN VS Sal.
 alc. fixum addit sequenti ratione: Rec. Succ. pulverisati,
 Sal. Tart. calcin. ana q. p. mixtis vitroque inditis super-
 fundatur, ad quatuor digitorum transversorum sufficiens
 Sp. portio, quae praevia digestione per vitream cucurbita-
 tam ex arena destillatur. Dein Rec. succinum pellucidum
 subtilissime pulverisatum probe cum oleo Tartari in lapi-
 de marmoreo tritum & ad consistentiam multiformem re-
 dactum, lenique calore exsiccatum (in aere si iterum ali-
 quoties fluat, tanto melius firmior succini compages re-
 cluditur), quod crassamentum siccum Sp. vin. succinato
 modo descripto q. s. extrahendum, prodit praevia leni
 digestione in vase clauso essentia, ipso L. I. obs. XVII. teste
 generosa & praestantissima parca dosi, efficacie virtute,
 saporis & odoris gratia plurimum commendabilis. Sub-
 tilitatem indicat minor, aquae si infunditur medicamen-
 tum hocce, praecipitatio, quam aliarum oleosarum essen-
 tiarum, atque gratus odor, quo paucae guttulae magnam
 quantitatem aquae imbuunt. De simili succini tinctura
 conf. BOERHAAVII oper. chem. P.I. Proc. 58. puluis sc. suc-
 cini ex eius praescripto in mortario vtreo cum oleo alc.
 p. d. ad puliculae consistentiam teritur, in vinali puro
 in furnulo siccatur, in aërem ad liqueendum reponitur
 aliquoties, tandem in phialam chemicam arcto sed longo
 collo instructam materia secca demittitur, superfunditur
 Alcohol perfectum ad excessum trium digitorum, concu-
 titur, ad ebulliendum in furnulum per aliquot horas re-
 ponitur. Tinctura rubra a fecibus defusa asservatur. Quo
 modo per gendum, donec succinum sere consumetur,
 suadet. Ita tincturam, quae totam Carabes substantiam
 solu-

solutam gerit, obtinemus, adeoque frigore sedimentum,
 redeunte calore iterum per se solubile, deponit, ingen-
 tis solutionis substantiae testem. Alii tantum Sal. Tart.
 seu cineres clavellatos, vel Nitr. fixum, vel Sal alcali cau-
 sticum seu Nitr. causticum cum pulverisato succino tor-
 rent, Spir. vin. rectificatum addunt & ess. extrahunt. Qui-
 dam dictorum salium lixiviis pulvrem succini aliquam-
 diu coquunt, ad siccitatem evaporant & ess. extrahunt.
 Quidam cum Spir. vin. rectificato alcalisato rem peragunt.
 Nonnulli denique succinum grosso modo pulverisatum,
 ad aquei principii abactionem vstulant, dein vel Spir. vin.
 alcalisatum vel Sal. Tart. addunt & digestione peracta, es-
 sentiam parant. Quidam hoc modo procedunt: Rec.
 Raf. Succin. vnc. iij. irrorentur cum Liq. Nitr. fix. vel oleo
 Tart. p. d. stent per noctem, dein extrahatur l. a. cum Sp.
 vin. alcalis. ess. In pharmacopoeia Würtenbergica essen-
 tia succini alcalisata hoc modo ordinatur, Rec. Succ. flav.
 prob. trit. vnc. iv. Sal. ex duplo Nitri & vna parte Tartari
 crudi per detonationem parati vnc. vij. Tere invicem, af-
 funde Sp. vin. non rectificati vnc. xvij. stent in digestione,
 per aliquor dies, postea e cucurbita vitrea destilla, & Sp.
 circiter vnc. viij. prolice; residuum lento igne ad sicc-
 itatem evapora & Spir. per destillationem prolectum de-
 nuo affunde, post digestionem clarum a spissso separatum
 filtra & serva. Ita semper plus minusve eius quod in ele-
 gtro latet, obtinetur, vti ex principiis chemicis facile vni-
 cique colligere licet. Dosis prout magis minusve sa-
 turata variat. Essentia succini Juniperina, quae in dispen-
 satoriis describitur, vana omnino 'ob aquae pluvialis pro
 extractione commendationem declaranda. Est medica-

mentum balsamicum & nervinum praestantissimum, & si
debite praeparata vires succini exaltatas exserit. In omni-
bus supra allegatis affectibus, absente febre & vbi motus
paululum excitati non nocent, efficaciam iucundam exhibe-
t. Tonum pulmonum in primis roborat relaxatum,
quin in ipsa phthisi ~~et~~ evanescat offertur. Eo tamen ad-
hibetur discrimine, ut eff. sine sale infantibus, senibus, ple-
thoricis, verbo debilioribus, sensibiliорibus & aliis in mor-
bo leviori reservetur, nec non externis visibus ad balsama
vulneraria cum eff. aristoloch. Myrrh. oleo Tereb. Hyper.
bals. Peruv. &c. conficienda eligatur. Alcalisata in affe-
ctibus venereis, sine febre catarrhalibus sibi suum vindicat
locum. Nocet in vulneribus recentibus ob eum,
quem excitat dolorem, in sinuosis vero ulceribus iniici-
tur effectu hand poenitendo. Ingreditur balsamum vul-
nerarium ^{STAHLI} multisque alias compositiones. Tinctu-
ra Otalgica Illustris IUNCKERI, quam in susurro aurium
multoties in Eius praxi clinica probatam inveni, haec est:
Rec. Eff. Succ. vnc. sem. Spir. Terebinth. gr. xxiv. M. vel
Rec. Eff. Succin. Scrup. iv. olei cham. Scrup. dimid. Suc-
cin. gt. j. M.

§. XXVIII.

Praeter illum, quem §. praeced. descripsi Spir. Sal.
ammoniaci succinatum in dispensatorio Regio & triplex
eundem praeparandi modus legitur, facile dijudicandus.
Dicitur etiam alias essentia succini Spir. Sal. ammon. ex-
tracta & est Sal volat. oleosum & medicamentum admo-
dum calidum, cuius dosis, ne x - xv. excedat guttulas.
Alias virtutem cephalicam, nervinam, stomachicam, an-
ticatarrhalem, antiepilepticam, diureticam & specifici-
vteri-

vterinam habere putatur. Externo in contractura artuum confert, & hysteris ad odorandum præbetur, ad gr. x. xv. offertur, quia anisato adhuc calidior.

§. XXVIII.

Pilulae de Succino Cratonis nomen & aliqualem succini virtutem habent. Inserviunt, vbi lenis laxatio indicitur, et si mitiores, hinc saepius extracto Panchymago Crollii acuendae. In affectibus catarrhosis, ut grave-dine, hemicrania, odontalgia, otalgia, ophthalmia serosa, in revellenda a capite pituita, in nervorum morbis sua non destituuntur laude, praecipue si loco agarici crudii eiusdem extracto præparatae ad gr. xv. drachm. sem. porrigantur. In Pharmacopœia Würtembergica pilulae de succino austæ leguntur: Rec. M. P. de Succin. Crat. drachm. ix. Magister. vel Res. Galap. drachm. iiij. M. & ex drachm. j. formentur pil. lx. Sunt purgantes fortiores, hinc non ultra x. v. gr. facile porrigendæ.

§. XXX.

Trochisci de Carabe anodyna minus secura continent, pauloque fortius adstringunt, hinc rectius virtute antispasmodica succinum in substantia usurpatur, drachm. j. continet gr. iij. opii. In dosi igitur ne ultra Scrup. j. facile adscendas. In Nephritide commandantur calculosa, & vbi mixtus cruentus vel fluxus lochiorum nimius moderandus est, praemissis praemittendis, offerri queunt. Autor eorum Mesue ad haemorrhagias & in specie ad sputum cruentum & vteri fluxum laudat. Diarrhoeæ & haemorrhoides nimiae facile eorum vsu subsistunt. Clysteribus etiam veteres in nimio alvi profluvio cohibendo addebant. Vehiculi loco succum vel decoctum plan-

taginis, vel myrti, aut agrestae succum pro vsu interno
praescribi p. m. SCHULZIUS l. c. indicat.

§. XXXI.

Vltimo loco medicamentorum sat potentium bigam addere mihi placet. Sunt vnguentum Paracelsi & solutio quaedam succini b. m. HOFFMANNI: Vnguentum Paracelsi ex Empl. de Galbano matricali cum succino per Terebinth. solut. constat. Laudatur ab Autore in vulneribus venenatis. Discutit bubones & per genitalia materiam virulentam mirifice expellit. De solutione Hoffmanniana Ipsum audiamus loquentem: *Succinum totum fere solvitur cum forti lixivio, si cum eo decoquatur, id vero paratur, ex Sale Reguli antimonii caustico, quod dum 2. partes Nitri cum parte r. Reguli antimonii forti igne in crucibulo fluunt, emergit, idque aequali pondere si miscetur cum succino & sufficiens aqua affunditur, decenti decoctione, succinum fere totum dissolvit, & quod observatione dignum est, lixivium, quod antea valde erat caustici saporis, ac redinem suam non parum deponit, ac temperatus sit, forsan eam ob caustam, quod Sal lixiviosum ab acido, in succino delitescente, infractum & cicuratum fuerit. Succinum bac ratione in liquorem reductum, est sane medicina in infarctibus viscerum dissolvendis & omnis generis excretionibus promovendis, atque adeo in chronicis passionibus exoptatissima.*

§. XXXII.

Haec sunt, B. L., quae in praesentiarum speciminiis inauguralis loco protuli, suo tempore vteriori forte luma expolienda. Interim non meos solum labores, sed fortunae etiam tutelam benevolo tuo animo, quamvis officio-

officiorum bonorum, quantum in me est, obsequiam pol-
licendo, committo. Tibi vero, benignissime Deus,
summe rerum mearum arbiter, immortales ago gratias,
quod ita mihi gratia tua affuisti, vt nunc proximo ae-
grotanti auxilio venire possim! Omnia haec tenus ex im-
mensa tua benignitate ceciderunt bene, & futurum ex
praeterito nasci scio. Non iudit, sed singula in huma-
nis rebus sapienter potentia tua dirigit. Tibi me totum
trado. Fac, Deus optime, vt & in posterum per me
Nominis Tui gloria, proximi propriaque salus vera pro-
moveantur, id quod & vnicum laboris & vitae meae
est, solatium ac ultimus actionum

F I N I S.

**NOBILISSIMO
DOMINO CANDIDATO**

SALUTEM EX FONTE SALUTIS

P R A E S E S.

Clavam Herculis non nisi in ejus manu valere anti-
quum Proverbiū est, quod in eos præcipue cadit,
qui scire & congrue certis instrumentis ad prævi-
sum scopum uti malunt: quod monitum pariter ad eos
medicos referri potest, quibus ex ratione & artificiose
applicatione constat, media & subiecta, sic dicta medica-
mentosa, non indiscriminatim salutarem præstare effectum.

E 3 quo

quo illud CHRYSOSTOMI effarum Lib. 12. in Acta pertinet;
Extruat quis officinam medicorum, habeat etiam discipu-
los, habeat & instrumenta & pharmaca & ingrediatur ad
aegrotos: numquid hæc sufficient, ut præstet nobis medi-
cum? Minime! sed opus est arte & sine illa non solum hæc
nihil profund, sed etiam dannosa sunt. Etenim qui non est
medicus, melius fuerit neque pharmaca babere, quoniam
non natura pharmacorum est salus solum, sed in arte adhi-
bitis. Quamvis quidem naturalium & materialium re-
rum cognitio scitu utilis & necessaria sit, earumque quali-
tates & vires ut & relatio ad corpus humatum, in primis
vivum, scientiam physicam commendent & ornent, haud
tamen properea salutarem earum efficaciam inde signifi-
cant & continent: Magnam Viri periti & curiosi impen-
dunt operosam solertiam, in indegatione analytica & in-
quirendo modo operandi variarum substantiarum, qui
labor vero in judicioso usu medico longe aliter instrui &
dirigi debet. Quanta non supplex rerum medicamen-
tosarum luxuriosis & portentosis titulis in loculamentis
Mediceæ materiae abundat & coruscat, ut credulus animus
inde immortalitatem hominibus promittere possit.
Quantam autem vicissim alterationem & torturam eæ-
dem res ab ejusmodi artificiose physico-chymica analysi
patientur sub & ex usu earum ad certos morbosos casus
innotescit; hinc antiquus ille dissensus inter Galenicos &
Chymicos ortum traxit: ob id SENECA Lib. 5. quæst. na-
tur. eloquitur: arcana illa rerum, nature sacra, non pro-
miscue & omnibus patent, reducta & interiori sunt clausa
sacrario, & hæc sunt illa arcana physica, quæ prudenti usu
& relatione congrua salutaria & utilia deprehenduntur:
quicunque igitur ad occulta naturæ provocant, inde etiam
mirabilia promittere non erubescunt, illi empiricorum
fastu.

fastuoso & impudenti more, mundum credulum decipiunt. Prudens igitur usus & judicosa experientia sunt secura & sincera Cynosura ad veritates medicas regiam monstrans viam, quia ratio saepe in curiosis & speciosis acquiescit & delectatur speculationibus & experimentis: & hec otiosa & infructuosa negotia sterilem reddere posse sunt Medicinam, ut cum CELSO eloqui possimus: *nil adeo in Medicina certum esse, quam nihil certum:* Inter alios laude dignos labores, TU NOBILISSIME CANDIDATE præsente selecto themate Inauguralis TUÆ differationis, quippe exquisiti Speciminis, proprio studio & pulchro cimelio scientiae TUÆ editi, egregium nexum & consensum rationis sobriae cum experientia solida obseruasti: hoc igitur opusculum testis atque vates de præclaris TUIS, in choro Medico acquisitis, profectibus est quos singulari assiduitate, & constanti auscultatione & manuaditione Doctissimorum Virorum larga messa & laudabili panoplia comparasti, quippe qui digni in solennibus examinibus a spectabilis Medicorum Ordine ad imperrandos Summos honores & brabeum academicum aestimati fuerant: de quo, sicut de felici vitæ academicæ mutatione atque eventu, gratulabundus TIBI acclamo, bonaque in TE vota effundo, ut cœlestis humanarum felicitatum largitor & Director hosce temporales honores alma sua benedictione comitetur, præterea salutaria & honesta TUA negotia prosperis successibus fructuosa redat, & TIBI denique, quæ accepta, fausta & utilia esse possunt, ex sententia & voto evenire jubeat. Dab. e
Museo d. VI. Idibus Novembr. A. O. R.

MDCCL.

VIRO



VIRO
IVVENI PRAECLARO ET EGREGIE DOCTO
DOMINO CANDIDATO
IOANNI BAUMERO
OMNIGENAM PRECATVR FELICITATEM
IO. IVNCKER.


Gratulantium TIBI amicorum numero laetus accedere possum: quum enim tribus abhinc annis inter medicinae studiosos TE, CANDIDATE DOCTISSIME, modestia & sedulitate multis palmam prae-
ripientem, primum cognoscerem; cepi ab illo tempore de successu studiorum TVORVM optime sperare. Neque spes ista mea cecidit in irritum: vitam enim academicam adeo felix nunc absolvis, ut certus confidere possim, TE optimis disciplinis imbutum, in artis operibus exercendi salutares fructus, ubicumque locorum, comprobaturum esse. Accipe igitur publicum mei erga TE amoris testimonium: accipe tesseram sincerae gratulationis; accipe vota perpetuae prosperitatis. Vale. D.d.xii.
NOV. MDCCCL.



00 A 6399



sb





DISSE^TRAT^O INAU^GURALIS MEDICA
DE
S U C C I N O,

Quam
AUSPICE DEO PROPITIO,
Et Consensu atque Auctoritate Gratiæ Facultatis Medicæ,
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,
PRAESIDE
DN. D. MICHAELE ALBERTI,
SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFES.
SORE PUBLICO ORDINARIO, ETC.
FACULTATIS MEDICÆ SENIORE,
DECANO H. T. S P E C T A T I S S I M O,
Domino Patrono, Præceptore, ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,
PRO GRADU DOCTORIS
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE-
GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME MORE MAJORUM
IMPETRANDIS,
ANNO MDCC. D. NOVEMBER.
HORIS LOCOQVE CONSVENTIS
PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICET
AUTOR RESPONDENS
JOANNES BAUMER,
ABTSCHWINDA - FRANCUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.